

Sigismundus primus rex Polonia  
nuntius ad particulares conventus  
designatis cum legatione.

86

Venerabilis devote nobis dilecte. Insti:  
tuimus conventum generalem regni pro  
festo sancti Thome apostoli proxime fu:  
turo in oppido Piotrkow, quem de mor:  
re particularis in N. feria N. precedet, ad  
quem, cognitam habentes tuam industri:  
am et diligentiam, te nuntium designa:  
vimus, volumusque ut illuc proficiscaris  
et mandata nostra iuxta instructionem  
nostram, quam tibi mittimus, exponas  
adnitansque omni studio, quo nuntij cum  
plena facultate ad conventum generalem  
eligantur, ita exigentibus summis difficul:  
tatibus reipublice, pro gratia nostra, qua  
hanc operam tibi rependemus. Datum  
Craovia feria tertia proxima in octava  
festi omnium sanctorum, anno Domini  
millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

